411. 368

Actum In Curia Regia Branscen Feria Quarta in
Vigillia Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ prox
Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono

G Malinowski approbatio

Coram offis et actis præsen Castren Capitan Bransen ptr comparens Gnosus Jacobus Sudek Wilczewski in Buzuny hæres sanus mente et corpore exis palam libereq recognovit Quia ipse inhærendo inscriptionibus et submissionibus per Nobilem Joannem Tuszewski et Mariannam Wilczewska sororem suam patruelem conjuges circa resignationem perpetuam bonorum Malinowo Kalnica Gnoso Joanni Michaeli Malinowski in Kalnica hæredi et cessionem reformation recognita factis quibusmediante submiserunt se amicos ad approbandum easdem inscriptiones et exiure eiusdem reformatorio renunciation statuere se submiserunt eidem submissioni satisfaciendo memoratas inscription tam donatorias quam et cessionarias supraseripto Gnoso Joanni Michaeli Malinowski super bona omnia mobillia et immobillia in hæreditate Malinowo Kalnica consisten Coram actis præsentibus recognitas uti frater patruelis ex iure eius reformatorio et alio quovis prætexto consentien tam in toto quam in qua vis minima parte approbat confirmat et ratificat personali sua recognitione mediante.

Tuszewicka Wilczewska Debitum

Coram offis et actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Branscen personaliter comparens Gnosus Joannes Sroita Tuszewski in Holowki vigore iurium suorum possesor olim Joannis filius sanus mente et corpore exns palam ac libere recognovit Quia Generosæ Mariannæ Wilczewska filiæ olim Simonis Conniugi suæ legitimæ et ipsius legetimis succoribus summam duorum millium florenorum numeri et monetæ polonicalis ex summa Quatuor millium florenorum polon sibi in bonis Holowki servien et spectan in eisdem bonis Holowki et summa suprascripta modo certi veri et liquidi debiti per se aut successores suos soluendam inscribit et assecurat ad primam requisitionem eius vel ipsius legitimorum succorum sub vadio simili aliorum duorum millium florenorum polon Et Coram officio Castrensi Branscen in primo Citationis termino peremptoria responsione ac Citatis omnibus satisfactione nullis controversiis exceptionibus allegation evasion dillationibus infirmitatibus actione pro maiori minorennitate succorum tarda extraditione mala positione in ordinata scriptione Citationis vel causæ talisq iuris remediis et deferris legalibusq impedimen etiam de iure concessibilis præfatæ suis succoribus reseruando personali sua recognitione mediante